



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 16. Franciscus Batillus Urbani nepos ex fratre.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

tria Pedemontanum electum Episcopum saecul. XIV.  
 Valentinum; ac Petrum Fitignium su- A. C. 1383.  
 premæ Curiaë Advocatum veterem, &  
 Carnutensem Archidiaconum. En no-  
 vem Cardinales nominatos 23. Dec. 1383.

## §. XVI.

*Franciscus Batillus Urbani nepos  
 ex fratre.*

Papa Urbanus Neapoli remanebat cum Th. Niemi.  
 filio sui fratris Francisco Prignano c. 33.  
 cognomine Batillo, qui e coenobio SS.  
 Salvatoris Virginem nobilem S. Claræ  
 institutum professam rapuit, & vitiatam  
 per aliquot dies detinuit domi suæ. Erat  
 homo voluptatibus, somno, abdomini, &  
 cupiditatibus indulgens suis: nec eum  
 objurgabat suus patruus, sed indignæ rei  
 mentionem inferentibus respondebat esse  
 juvenem; etsi Batillus quadraginta tunc  
 annos compleverat. Cum rumor de sa- c. 34.  
 crilego ejus flagitio per Neapolim incre-  
 bresceret; Rex Carolus ibi præsens cita-  
 vit ad se Batillum; & quod se non siste-  
 ret, contumacem capite damnavit. Pa-  
 pa id conquerens se summum regni Do-  
 minum esse ajebat, nec posse sua in præ-  
 sentia ad mortem damnari Optimatem.  
 Denique Cardinales Papam cum Rege re-  
 duxerunt in gratiam: sententia non fuit  
 executioni data: scelus impunitum man-

Bb 2 sit;



**Sæcul. XIV.** fit; & inter eos convenit, ut Batillus Re-  
**A. C. 1384.** gis cognatam, Magni justitiæ Magistri  
 filiam duceret, ac propterea urbem Nu-  
 ceriam obtineret.

**Rayn. 1384.** Calendis Januarii an. 1384 Urbanus  
**n. 1.** peracto sacrificio Ecclesiæ vexillum Ca-  
 rolo ritu solemnè præbuit, ut iret contra  
 Ludovicum Andegaviæ Ducem Tarenti  
 versantem; in quem censuras iteravit  
 suas, & sacrum indixit bellum. Lega-  
 tum ei junxit Cardinalem Landulfum Ma-  
 ramaldum e numero illorum, quos pro mo-  
 verat an. 1381. Carolus proinde in Ande-  
 gaviæ Ducem numerosum movit exerci-  
 tum: sed nullum memorabile factum  
 edidit; quod Gallorum copias penuria,  
 fatigationibus, ac morbis perire mallet.

**Sup. 6. 5.** verat an. 1381. Carolus proinde in Ande-  
**Rayn. 1381.** gaviæ Ducem numerosum movit exerci-  
**n. 26.** tum: sed nullum memorabile factum  
 edidit; quod Gallorum copias penuria,  
 fatigationibus, ac morbis perire mallet.

## §. XVII.

*Urbanus Nuceriæ commoratur.*

**a. 36.** Papa Urbanus, quia Regina Margarita  
 Neapoli dominabatur, ibi non secu-  
 rum se ratus, septimo Calendas Junias  
 Nuceriæ petiit. Sed Cardinales, Cu-  
 riamque reliquam incommodis magnis  
 afficiebant angustiæ loci; nec raro tur-  
 babant decursiones hostium. Igitur qua-  
 dam Augusti Dominica cum milites pro-  
 pinquo Nuceriæ pago imminere cerne-  
 rent, veriti, ne caperentur, mox Neapo-  
 lim aufugiebant, excepto Cardinali Pifa-  
 ne.